UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An vota solemnia sint de essentia statûs Religiosi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

vim religionis veræ approbata fuit, ad cavendas multas fraudes, & ſuſpecta conventicula &c. & quartò denique, ut emittens vota religionis conſtituatur ſub alicujus ſuperioris Eccleſiaſtici juriſdictione, & poteſtate, qui poſſit religioſos ſubditos ſuos corrigere, ad ſervandam regulam, & regularem diſciplinam cogere, poteſtatem clavium in eos exercere &c.

§. II.

An vota ſolemnia ſint de eſſentia ſtatûs Religioſi?

RESpondetur negativè, cùm ad propriè dictum & verè religioſum conſtituendum aliquem ſufficiant vota ſimplicia, prout poſt Bullam Gregorij XIII. *Aſcendente Domino*; nemini licet dubitare, ubi Pontifex motu proprio, & auctoritate Apoſtolica definit, eos, qui in Societate Jeſu tria ſubſtantialia vota, quamvis ſimplicia illa ſint, emiſerunt, verè ac propriè religioſos eſſe, non ſecus atque quorumvis aliorum ordinum profeſſos, ſpectatâ naturâ & eſſentiâ ſtatûs religioſi; tum quòd per ſimplicia vota talia fiat vera ſui traditio; quâ ſe vovens ſubjicit poteſtati regularis ſui ſuperioris, & hic traditionem hanc ex facultate Sedis Apoſtolicæ, acceptet; tum quòd ex parte voventis ſtatus talis ſit immutabilis; tum quòd per vota etiam ſimplicia ad opera perfectionis obligari quis poſſit: quamvis enim jura ſæpius aſſerant, per profeſſionem, quæ non habetur, niſi per vota ſolemnia, fieri religioſum aliquem, hoc tamen intelligi tantùm debet, jus commune Decretalium ſpectando, ubi Eccleſia nullam religionem [illegible] ceptabat, niſi ſolemniter illius religi[illegible] eſſent profeſſi. Sicuti autem voti ſolem[illegible] nitas ex Eccleſiaſtica conſtitutione [illegible] betur, & introducta eſt (naturam [illegible] voti v. g. ſpectando, tam ligatur [illegible] vens per ſimplex votum, quàm [illegible] ſolemne, & major perfectio voti [illegible] lemnis, à voto ſimplici, in accid[illegible] tantùm aliqua perfectione, quam vot[illegible] ſolemne ab Eccleſia habet, conſi[illegible] duabus potiſſimùm qualitatibus co[illegible] ſiſtens, in vinculo ſcilicet recipro[illegible] perpetuò irrevocabili inter vovente[illegible] qui ſe irrevocabiliter Deo tradit, & [illegible] religionem, quæ ipſum perpetuò & irr[illegible] vocabiliter recipit: & 2. quòd per votum ſolemne perſona vovens inhabilis reddatur ad quoſdam effectus morales, ad dominium v. g. rerum temporalium acqui[illegible] rendum, & retinendum; ad contra[illegible] hendum matrimonium &c. ita poſſ[illegible] etiam hodie decernere Pontifex, [illegible] rum quorumcunque religioſorum vo[illegible] tantùm ſimplicia eſſent, cùm voti ſo[illegible] lemnitas ex ſola Eccleſiæ conſtitution[illegible] habeatur, quam mutare poteſt Pontifex. Neque tamen per ea vota ſimplicia, qui[illegible] bus v. g. in ſæculo manens obligat ſe [illegible] quis ad obediendum v. g. ſuo confeſſa[illegible] ad perpetuam caſtitatem, & paupert[illegible] tem &c. fit aliquis religioſus, quia per [illegible] lia vota non ſubjicit ſe taliter vovens [illegible] rituali juriſdictioni, ab Eccleſia de[illegible] vatæ, in religione à Pontifice appro[illegible] ta, ſed manet Laicus, prout ante [illegible] vota fuerat.